

impedire forsitan videremur, aut nolle nostrae voluntatis arbitrium suo beneplacito conformare; ac etiam ne corda electorum concordia per nostrae dissensionis objectum ad discordiam verteremus, voluntatibus tandem acquievimus eorundem, ad subeundum jugum hujusmodi nostros impotentes humeros submittendo: non quod de aliqua nostrae probitatis virtute fiduciam habeamus, sed quia in ejus speramus clementia, qui confidentes in se non deserit; sed eis propitius opportunis auxiliis semper adest, quique de sublimi polorum solio Ecclesiam sponsam suam intuetur misericorditer et tuetur, suaeque illam exaltare non desinit copiosis beneficiis pietatis.

Vestris igitur et aliorum suffragiis propter imperfectum nostrum propensius indigentes, universitatem vestram affectuose rogamus, hortamur attentius, et requirimus confidenter, quatenus assidua nos apud aeterni Regis clementiam intercessione juvetis, humilitatem nostram sibi devotis supplicationibus commendando, ut super nos gratiae suae dona multiplicet, et rorem uberem solitae benignitatis effundat, ut actus nostros ad ipsum devotissime dirigentes, Ecclesiam suam, quam nobis committi voluit, salubriter regere, ac de universo ipsius grege, nostrae vigilantiae credito, curam gerere debitam, sicut expedit, valeamus. Nos vero stabiliter in animo gerimus vobis et vestris ecclesiis benignis adesse praesidiis, ac vestrum et earum profectum condignis favoribus promovere. Dat. Laterani IX. kal. febr. pont. nostri anno 4.

DOCUMENT (H).

LETTRE DE BONIFACE A PHILIPPE-LE-BEL.

Celsitudinem regiam rogamus et hortamur attente, ac obsecramus in Domino Jesu Christo, quatenus diligenti meditatione

considerans, quod iudicium diligit Regis honor, metas justitiae curiosus observes, illamque sincere diligere studeas, aequitatem non deserens, clementiam non omittens; ut subjectus tibi populus copiosus in pacis pulchritudine sedeat, et in requie opulenta quiescat. Ecclesiam insuper matrem tuam et ipsius praelatos, nostri utique Salvatoris ministros, caeterasque personas ecclesiasticas ejus obsequiis dedicatas; quin potius in illis Regem coelorum et dominum, per quem regnas et regeris, incessanter et solerter honorans, ipsos regii favoris ope confoveas, et in plenitudine libertatum, aliorumque suorum jurium efficaciter protegere studeas et tueri, sicque in iis, tamquam filius benedictionis et gratiae te geras et dirigas, quod clarae memoriae progenitores tuos, qui erga praefatam Ecclesiam summae devotionis et reverentiae titulis, dum viverent, claruerunt, non solum imitari solícite, sed etiam evidenter excedere dignoscaris ad laudem et gloriam Dei Patris, et celebre magnumque tui honoris et nominis incrementum. De nobis autem utpote patre benevolo et sincero, qui te in minori etiam officio constituti affectuose dileximus, et diligere non cessamus, spem certam, et fiduciam firmam gerens in tuis, et ejusdem regni negotiis, et opportunitatibus quae occurrent, ad nos recurrere non postponas. Nam in iis super quibus ex parte regia fuerimus requisiti, libenter, quantum cum Deo poterimus, votis regis annuemus, tam et ejusdem regni prosperitatem omnimodam, non solum studiis conservare solícitis, sed etiam plenis augmentare favoribus intendentes. Datum ut supra.

NOTE ET DOCUMENT (I).

EMPRISONNEMENT ET MORT DE SAINT PIERRE CÉLESTIN.

Stefaneschi, témoin oculaire, rapporte ainsi le fait de l'emprisonnement de Célestin: « Ut littoribus Vestiae civitatis

« maris Adriatici invintum (*Cælestinum*) forte comperit (*quate-
 nus orbis sui ecclesiæ que discrimina vitaret*) solemnioribus
 « a se Siciliæque Carolo secundo Rege transmissis nuntiis, con-
 « sentientem Anagninam meare facit; *blande* suscipit, laudem
 « que exhibuit acquiescenti Præsulis monitis, Castro Fumonis
 « Campaniæ provinciæ morari. Ubi assuetam, sicut prius, vi-
 « tam agens eremiticam, nolens laxioribus, *quibus poterat*, uti,
 « anno millesimo ducentesimo nonagesimo sexto sancte et reli-
 « gione defunctus.... »

Ptolémée de Lucques, écrivain contemporain et témoin oculaire, dit : « In custodia ponitur ac tenetur *pro cavendo scandalo Romanæ Ecclesiæ*, quia apud aliquos dubitabatur, an cedere potuisset, et sic poterat schisma in Ecclesiâ generari. Tentus igitur in custodia, non quidem libere, *honeste tamen* ¹. » Le récit de Jean Villani, auteur contemporain, est à peu près le même : « Et il le fit garder à part au château de Fumone dans une douce captivité ². » Il ne parle nullement ni de mauvais traitements ni du fameux clou. Georges Stella, ennemi de Boniface, écrit ce qui suit dans ses Annales : « Ipsum (*Cælestinum*) jubens custodire *ad evitanda scandala* ³. » Rien non plus ni des sévices ni des clous. Or, en présence de ces puissants témoignages d'écrivains du temps, est-il permis, pour peu qu'on ait de bonne foi, de s'inspirer de préférence, ainsi que le font des gens même instruits, du récit d'écrivains très-éloignés du fait. Les cruautés exercées par Boniface sur le pauvre saint Pierre Célestin sont rapportées très-longuement et d'un ton très-larmoyant par Pierre d'Ailly, qui naquit cinquante ans après la mort de Célestin, et qui était français. Or, que pouvait-il savoir de net et de vrai sur la question, dans le pays de Nogaret et de Philippe-le-Bel ? Le lecteur trouvera une admirable preuve de

¹ Hist. Eccl. Cap. 34.

² Cap. V.

³ Anna. Geno. S. R. L. p. 1026.

l'innocence de Boniface et la confirmation de ce que nous avons dit sur la renonciation, la captivité et la mort de Célestin, dans quelques chapitres d'une vie encore inédite de ce saint, qui existe à la bibliothèque Vaticane.

C'est un fort beau livre manuscrit, in-4°, à double colonne, désigné sous le n° 3492, et qui, à en juger par les caractères, date du XV^e siècle. La préface et la narration elles-mêmes prouvent évidemment que l'auteur était un disciple de saint Pierre Célestin. La vie est divisée en trois parties : « Ad honorem S. Trinitatis, cui vita Petri placuit, et confusionem hostis triplicis, quem idem Petrus triumphando vicit. » Ensuite on lit : « Primam vero partem ipsius libelli idem pater sanctus (*Cælestius*) propria manu scripsit ad ædificationem proximi et Christi laudem, cujus gloriæ militavit. » Voici les chapitres qui touchent aux trois faits sus-énoncés. Le lecteur jugera des garanties d'exactitude qu'offre un disciple du saint et s'il est présumable que la méchanceté de Boniface eût été palliée par un homme qui, à n'en pas douter, pleurerait la retraite du fondateur de son ordre.

DE RENUNCIATIONE PAPATUS

CAP. XVII.

« Erat ei temporalis vita fastidio : deformis et squalida videbatur species terrenorum : et ad solam pulchritudinem Jesu Christi contemplandam pariter et habendam, toto mentis rapiabatur excessu. At vero beatus hic vir miræ simplicitatis, et in spectantibus ad regimen Ecclesiæ inexpertus, utpote qui a teneris annis usque ad senium elongatum a mundo cor suum mundanis rebus non accomodaverat sed divinis, prudenter reflectens suæ considerationis intime oculum ad seipsum, cogitavit oneri papatus et honori cedere; ne ob prædicta posset ex regimine suo quodcumque universali Ecclesiæ periculum provenire; et ut vacare posset

« secus pedes Jesu contemplans ocio cum Maria. Ad suos ergo
 « cogitatus quendam Cardinalem nomine Benedictum, litterali
 « scientia valde redimitum convocavit; cui tantum secreta sui
 « cordis sub sigillo poenitentiae revelavit. Cumque respondisset
 « dictus dominus Cardinalis quod libere renunciare posset, dans
 « ei exempla aliorum pontificum qui renunciaverant, ita cor
 « ejus in hoc confirmatum est, quod nunquam ab ipso propo-
 « sito per dictum alicujus amoveri potuisset. Unde cum isto Car-
 « dinali omnia praedicta occulte ac solícite tractans et ordi-
 « nans, fecit sibi renunciationem scribi et doceri. Qui tandem
 « ad talia preparatus, consistorium ingrediebatur; et sedens in
 « throno pontificali summum silentium, ne sibi contradicerent,
 « omnibus imponebat. Et accepta charta, legem statuit decreta-
 « lem ut quilibet papa possit papatui libere renunciare. Hoc
 « autem ipse prior volebat observare. Deposito namque ornato
 « pontificali, pronus in terra sedens cessit papatus oneri et ho-
 « nori. Videntes autem Cardinales quae nunquam antea vide-
 « rant, in fletum et suspiria singuli prorumpebant. Cujus enim
 « vel cor arrogans vel durum istius humilitas ad humilitatis et
 « mansuetudinis non flectat exemplum? Consideravit namque
 « difficile esse sine cordis elatione aliis praesse, et terrenas oc-
 « cupationes absque peccati fomite ministrare. Maluit autem in
 « Domo Domini abjectus esse, quam in diversoriis hujus saeculi
 « gloriosus habitare. Nec poterat ipsum totus mundus erigere
 « quem se ipse dejecerat solus. Porro sicut ejus electio ex di-
 « vina providentia noscitur evenisse, non minus credendum est
 « de illius humillima renunciatione.

DE REVERSIONE EJUS AD CELLAM MURRONIS

CAP. XVIII.

« Hac itaque renunciatione peracta, Petrus non post multos
 « dies ad cellam ejus, ad quam ante renunciationem redire pro-

« testatus fuerat, regressus est occulte. Statim autem ut illam
 « ingressus est, prostravit se coram altari, gratias Deo referens
 « eo quod ipsum taliter reduxisset. Qui projectis vestibus deli-
 « catis, induit se vilioribus illis quibus ante papatum vestitus
 « fuerat, sperans de cetero illic pacifice remanere. Quod audien-
 « tes cives Sulmontini occurrerunt ei omnes, et illum videntes,
 « nimio repleti sunt gaudio; gratias Deo referentes eo quod
 « ipsum revidere meruissent. Et illum ad cellam perduxerunt.

DE INQUISITIONE ILLIUS.

CAP. XIX.

« Bonifacius qui post ipsum ad summum pontificatum pro-
 « vectus est, cum audisset Petrum ad cellam ejus reversum, sta-
 « tim Camerarium suum misit, præcipiens ei ut ubicumque
 « illum inveniret, licet invitum, ad se reduceret absque mora. »
 Pourquoi cet ordre de Boniface de lui amener, même de force, saint Pierre Célestin? Nous l'avons dit, fondant notre sentiment sur le témoignage d'auteurs contemporains et témoins oculaires des événements rapportés par eux; c'était dans la crainte d'un schisme, que rendaient possible, non l'ambition du saint, il n'en avait aucune, mais l'admiration de sa piété, et la renommée de ses miracles. « Cum ergo ille abiens appropinquaret ad cellam
 « Petri, intimatum est hoc viro Dei. Qui timens abscondit se in
 « quadam latebra illius cellæ, ut ab ipso minime posset inve-
 « niri. » Il n'y a que deux hypothèses possibles sur les causes de la frayeur qui porta Célestin à se cacher. Elle provenait ou de ce que la renommée l'avait déjà instruit de la captivité que Boniface lui réservait, ou de l'opinion que l'arrivée imprévue du messenger avait pour but de le faire remonter sur le trône papal. Quant à l'emprisonnement il ne le pouvait redouter puisque Boniface, ainsi que nous le verrons plus tard, dans notre auteur anonyme, n'y pensait pas encore et ne s'arrêta au parti de renfermer le saint au château de Fumone qu'après avoir reconnu

combien il était dangereux pour l'Église et son nouveau chef de le tenir en charte privée dans le palais pontifical. Le saint se cacha donc dans la crainte de perdre, par une élévation nouvelle, la bienheureuse solitude qu'il avait préférée aux honneurs :

« Cum autem dictus Camerarius cellam esset ingressus, et nec
 « ibi nec alibi Petrum invenisset, anxius est in eo spiritus ejus
 « et perturbatus, quia mandatum Domini sui ad effectum perdu-
 « cere non posset : et furore repletus quemdam fratrem simpli-
 « cem in cella Petri repertum secum abducens, carceri compe-
 « ditum mancipavit. Qui sic in carcerem cum compedibus
 « retrusus defunctus est. » Éloigné, Boniface n'est responsable ni des excès de son Camerlingue, ni de l'indigne emprisonnement de l'innocent moine. Les meilleurs princes, en effet, peuvent avoir de fort mauvais exécuteurs de leurs ordres; et lorsqu'une impuissance morale les empêche de prévenir et d'arrêter la méchanceté de ces derniers on ne doit pas la leur imputer. Boniface avait ordonné de lui amener le saint même de force; ses appréhensions rendent ceci incontestable; mais, tout ce qui se fit au-delà fut l'œuvre de son Camerlingue, et non la sienne. Est-ce chose rare de voir le zèle d'un agent trop officieux dépasser les bornes et se transformer en rigueur? Puis, à vrai dire, nous avons peine à croire qu'un simple emprisonnement fût de nature à occasionner si promptement la mort du moine dont parle l'écrivain que nous citons; à moins que le Camerlingue, dans sa fureur de loup (c'est l'expression de l'auteur), n'y joignît des coups et des sévices. « O magna crudelitas? In sanctum
 « Patrem Lupus desævire non valens, desævivit in filios, ut hunc
 « fratrem carcerando iræ suæ furorem de beati Petri amissione
 « placaret. Et quid forte fecerat frater ille ut tali pœna plecte-
 « retur? Num quid sancti Petri amissio causa fuit? Verum non
 « est ambigendum quod pœna illa sine causa meritorum irro-
 « gata in meritorum augmentum conversa fuerit. De Petro autem
 « celebris inquisitio facta est in diversis mundi partibus. »

DE FUGA EJUS ET TRANSFRETATIONE.

CAP. XX.

« Sanctus igitur iste cum per spacium duorum mensium in
 « ejus cella latitasset, fugam inivit de nocte uno cum socio ver-
 « sus quandam sylvam in partibus Apuliae, per dies quatuor a
 « Murrone distantem, ut ibi solitarius ab hominibus ignotus
 « permaneret. Sed audi mirum. Quanto magis per viam occultare
 « se studuit, eo amplius cunctis fiebat plebibus notus. Retulit
 « namque frater ille qui cum ipso ambulabat. Dum sero quo-
 « dam hospitium quererent in castello quodam, pueri in vicis
 « et plateis solito serotino tempore ludentes, viso Petro, proti-
 « nus exclamaverunt : Ecce frater Petrus de Murrone. Tandem
 « ad memoratam sylvam veniens ingressus est cum socio in
 « cellam duorum fratrum. Qui cum in eum respicerent, quem
 « nunquam antea viderant, optime cognoverunt dicentes : Vere
 « tu es frater Petrus de Murrone : et repleti gaudio glorificave-
 « runt Deum. Erat autem tunc temporis Quadragesima major.
 « Petrus ergo in quadam cella illius nemoris se includens,
 « sanctum Pascha jejuniis arctis et orationibus assiduis expec-
 « tabat. At veniente dominica in ramis Palmarum, quidam
 « abbas Monasterii, quod de Corata nuncupatur, Ordinis S. Be-
 « nedicti, ibat cum septem sociis per sylvam huc atque illuc,
 « ipsum quanto devotius tanto velocius inquirendo. Videns
 « ergo sanctus ille se abscondi minime posse, ad partes ultra-
 « marinas pergere tentabat. Idcirco fratrem suum quendam ad
 « priorem monasterii sancti Joannis in plano praecipiendo mi-
 « sit, ut hoc factum cum naucleris, mora postposita, clam per-
 « tractaret. Quod et factum est. Parata igitur nave,
 « pater sanctus ad praefatum coenobium ad
 « requisitionem dominicam venit. Qui cum illic spatium unius
 « mensis moram latenter traxisset, navigandi congruum tempus

« praestolando, abiit ad mare navigaturus. Et ecce subito maris
 « procella valida insurgente, ac si aperte mare patefaceret se
 « illum recipere nolle, coactus est ibi moram trahere sex die-
 « bus. Post haec flante prospero vento navem ascendit Petrus
 « cum sociis ejus : et data nave flatibus navigare coeperunt. Et
 « iterum tempestate non exigua imminente, vix illo die miliaria
 « quindecim facientes, ejecti sunt ad littus maris non multum
 « distans a civitate quae Vestia nuncupatur. Qui in eodem loco
 « novem mensibus manserunt, ventum prosperum expectantes.
 « Sic revera divinae placuit dispositioni, ut patria tam precio-
 « sum talentum sibi creditum non amitteret, sed potius divi-
 « nitus inde lucrum multiplex reportaret.

DE CAPTIONE ET INCLUSIONE SUA IN CASTRO FUMONIS

CAP. XXI.

« His itaque moram ibi facientibus, intellexit Capitaneus præ-
 « dictæ civitatis per quorundam relationem, virum Dei tali
 « adesse loco : abiens cum populi comitiva duxit illum ad civi-
 « tatem prædictam; et tenuit, donec rem gestam Bonifacio papæ
 « significaret. Quod cum audisset præfatus Bonifacius, cum
 « omni dilatione postposita, missis exercitibus, fecit prædictum
 « Dei famulum ad se Anagniam, ubi tunc moram traxerat, ac-
 « cersiri, et in quodam domicilio juxta ipsius cameram clam
 « includi. Quantas quippe miraculorum virtutes almî ejus me-
 « ritis, dum per viam duceretur, ostenderit Deus in conspectu
 « populi, nequaquam poterit paucis explicari sermonibus.
 « Saltem tamen aliqua ipsorum quæ Patriarcha Hierosolimita-
 « nus, Prior sanctæ Militiæ Dominus Ludovicus, et Dominus
 « Stendardus, ipsum deducentes oculata fide viderant et scribi
 « fecerant, in tertia hujus libelli particula declarabo. Multi au-
 « tem tam de Cardinalibus quam de aliis in curia existentibus
 « ipsum videre desiderabant; sed prohibente Bonifacio, ad illum

« ingredi non valebant. Tantanam que plebis devotio in eum
 « dicitur viguisse, ut ipso vivente Bonifacius verus pastor ec-
 « clesiæ à multis minime crederetur esse. Dum per viam duce-
 « retur ad papam, sequebatur eum multitudo gentium clamans
 « et suadens ut omnino sibi resumeret pontificatum. Quibus ille
 « constanti respondit animo : Absit hoc a me, ut talem in ec-
 « clesiâ Dei faciam dissensionem : non enim renui causa resu-
 « mendi Papatus honorem ; sed illam quam tunc habui, eamdem
 « nunc, si faciendum esset, habeo voluntatem. »

Si l'on se reporte à la fin du XIII^e siècle, il est impossible de ne pas comprendre de quel danger pouvaient être pour l'Église non-seulement cette multitude de gens criant et conseillant à Célestin de reprendre le pontificat : « Multitudo gentium clamans et suadens ut omnino sibi resumeret pontificatum, » mais encore beaucoup de cardinaux et d'agents de la cour « multi de Cardinalibus et de aliis in curia existentibus. » Il ne s'agissait point de soupçons, de jalousies d'état, mais bien de faits patents, pleins de périls, auxquels Boniface devait remédier, s'il ne voulait voir l'Église déchirée et désolée par un schisme. Boniface confina le saint dans un appartement voisin du sien pour l'arracher à l'indiscrète et dangereuse dévotion du peuple ; mais, comme un grand nombre de cardinaux et d'employés de la cour papale n'en continuaient pas moins leurs rapports avec le saint et le poussaient à reprendre l'exercice du souverain pontificat ; comme la dévotion du peuple allait jusqu'à déclarer et à publier hautement que Boniface n'était pas légitime pasteur, ce dernier fut obligé de séquestrer plus sévèrement Célestin et de le renfermer dans la forteresse de Fumone. Convaincu de son incapacité, de la validité de sa renonciation, et par conséquent de la légitimité du pontificat de Boniface, le saint repoussa les scandaleuses exhortations de ses partisans, non-seulement parce qu'elles fatiguaient sa modestie, mais encore parce qu'elles étaient perverses ; et il se soumit volontiers, ainsi que nous l'avons vu,

au bon plaisir du Pape, qui le voulait retenir dans le château de Fumone. « Postquam autem præfatus Bonifacius papa ipsum « fere duobus mensibus apud se tenuisset, fecit eum ad castrum « Fumonis nocte transportari; et in turri ejus taliter includi, « ut nullus omnino, præter custodes ad hoc positos, cum viro « Dei loqui potuisset, aut etiam illum intueri. Petrus itaque sic « inclusus gratias egit Deo dicens : Christe noscens occulta cor- « dium, mei nosti tu desiderium. Pro te pati sit mihi gaudium, « mori lucrum, hæc vita tædium. Ex ejus quippe fratribus duo « ad ipsius petitionem dabantur ei quorum adjutorio dicere « posset officium Dei. Sed fratres illi aretationem turris et car- « ceris suffere non valentes infirmabantur sæpius, et extractis « illis, alii in eorum cambium sani dabantur. Tanta enim erat « illius turris aretatio quod ubi pedes ipse tenebat dùm missam « diceret, ibi cervicem capitis reclinabat dùm dormiret. »

Pourquoi une prison si étroite? La tour était-elle réellement de si petite dimension, qu'elle ne pût renfermer qu'un seul homme? Non assurément, puisque les gardiens et deux frères y trouvaient place : « custodes positos, fratribus... duo : » Il faut donc dire, ou que Boniface resserra le saint dans un coin du château pour l'étouffer, ou que le saint choisit lui-même de son plein gré cet étroit espace par amour de la pénitence. Boniface vouloir étouffer Célestin! Mais il aurait eu recours à des moyens plus expéditifs; les ténèbres de la forteresse étaient là pour les cacher; l'âge avancé de Célestin; ses macérations extraordinaires, suffisaient d'ailleurs pour écarter les soupçons, en expliquant tout naturellement sa mort. Lors donc que nous serions obligés d'admettre sur ce point les détails du biographe de saint Pierre Célestin, nous pourrions raisonnablement penser que celui qui avait tant souffert après la sombre grotte et la vie crucifiante de Moron, avait voulu cette chétive demeure. C'est ce que prouve en effet d'une manière évidente le passage de Stefaneschi cité plus haut : « ubi « assuetam, sicut prius, vitam agens eremiticam, nolens laxio-

« ribus, quibus poterat uti. » Or, si le saint voulait jeûner, dormir sur la dure, se flageller, était-ce la faute de Boniface? Notre moine anonyme nous trouve également un peu incrédules à l'égard de cette étrange succession de religieux, ses confrères, placés aux côtés du saint dans l'horrible forteresse, et qu'on était obligé d'en retirer de temps en temps demi morts, à cause de la vie intolérable qu'on les y faisait mener. Eh quoi! Ils y entraient jeunes, pleins de vie, pour en sortir mourants? Et le saint vieillard de soixante-treize ans, usé par les austérités, et ce Célestin, principal but des colères de Boniface, demeurait spectateur bien portant de ces remplacements successifs d'hommes robustes et à la fleur de l'âge? Est-ce croyable? « Verum « quia fratribus erat nimis difficile sic manere, semper illos « admonens confortabatur ut patienter sufferrent Jesu Christi « pro amore. Et sic.....

DE TRANSITU ILLIUS ET MIRACULO IBI FACTO.

CAP. XXII.

« Opportunum tempus advenit in quo sudores et labores ejus « reponerentur in requie cœlesti; et quotidiani agones illius, « quos in palestra monachatus mitis belligerator exegerat, dignis « debebant à Domino compensationibus præmiari. Missa nam- « que per ipsum devotissime celebrata in die Dominica Sanctæ « Pentecostes, cœperunt membra ejus debilia languore ingra- « vescere : Et prælibans animo menteque degustans dulcedi- « nem spiritualium gaudiorum, mortis futuræ præcius sibi « faciebat extremam unctionem conferri. In dextro siquidem « latere ipsius quoddam apostema pullulaverat, quod ipsum « graviter affligere non cessabat. » On le voit, saint Pierre Célestin mourut d'un abcès, et non de faim, de coups ou d'étouffement. Or, que devient maintenant le fameux clou qui aurait servi à le tuer? Comment! un clou! Ce farouche Boniface man-

quait sans doute de poisons, d'une corde, puisqu'il était obligé de recourir à ce singulier moyen pour assassiner un homme? Les auteurs invoqués plus haut, Pierre d'Ailly lui-même, n'ont rien dit de ce clou. Même silence de la part des Colonne et de Philippe-le-Bel. Qui donc l'a trouvé? Mais, le trou existant au crâne desséché du saint, mais le caractère cruel de Boniface, bien capable d'une pareille scélératesse, ne prêtent-ils point à la conjecture? Nos lecteurs nous dispenseront de discuter cette folie. « Aspirabat ad æterna solatia qui temporalium fuerat con-
 « temptor. Infirmus jacebat in sola tabula qui mundanos ode-
 « rat honores: et ad messem perennis gaudii capiendam sanctus
 « ille medullitus æstuabat. Per totam autem illam hebdoma-
 « dam usque ad sabbatum ab oratione ferventi spiritum non
 « relaxabat. Trahebatur ad odorem cœlestium unguentorum;
 « et quantum poterat armis cœlestibus muniebat finem suum.
 « Succensa quippe fuerant ejus præcordia Jesu Christi dulcedine
 « pariter et amore: et cupiens jam dissolvi et esse cum eo, ad
 « sabbatum, in quo ab omni labore quiesceret, plenis desideriis
 « ferebatur. Die ergo sabbati hora vespertina, ægritudine cor-
 « poris invalescente, inter verba orationis, ejus anima de mœ-
 « rore ad gaudium, de labore ad requiem meruit transire sem-
 « piternam

DOCUMENT (K).

LETTRÉ DE BONIFACE AUX SICILIENS POUR LES FAIRE RENTRER SOUS LA DOMINATION DE L'ÉGLISE.

Bonifacius, etc., universis hominibus Panormi, aliisque per insulam Siciliae constitutis, spiritum consilii sanioris.

Inter caetera tractatus ab Aragonum rege completa juxta ipsius tractatus seriem insulam Siciliae, quae Romanae Eccle-

siae juris et proprietatis existit, cum omnibus juribus et pertinentiis suis praefatus Rex per suas patentes literas nobis et Ecclesiae praefatae restituit, et ad cautelam nostram et ejusdem Ecclesiae circa hoc se nobis fortius et firmitus obligavit. Et cum fuerit in ipso tractatu, et sit cordi nostro cura praecipua de reparatione status vestri, et securitate plenaria, more consulti Patrisfamilias, et superioris domini, ad quem spectat praecipue de vobis, sicut de subjectis Ecclesiae, providere ex nostrae praeseminentia potestatis, quam habemus sicut superior, obsolecta corrigere, et liberare contractos ab angustiis, ut quiescant, nec minus ex posse nobis ab eodem Rege Siciliae tradito; disposuimus firmiter librato iudicio tenere vos in manibus nostris, et ejusdem Ecclesiae, et vestro statui animarum, et corporum securitati, et tranquillitati pacifice, efficaciter, et utiliter providere.

Verum cum populus de facili corruat, ubi deficit gubernator, pro vestra gubernatione utili et humano regimine Cardinalem unum vobis gratum et placitum ad dictam insulam, annuente divina providentia, disponimus destinare: propter quod quis de fratribus nostris per hoc sit vobis acceptus, nobis describe: curabimus enim de ipso vestris effectibus complacere. Et procul dubio redeuntibus vobis ad devotionem sanctae matris Ecclesiae sic in vos, qui longe demeriti fuistis ab olim, ubera matris dilectionis effundet, ac si prope gratae devotionis impendiis fuissetis; peccatorum enim laudanda conversio in coelis etiam justificatione justorum gratius et jucundius acceptatur, etc. Dat. Romae apud S. Petrum IV. non. januarii anno 4.

LETTRÉ DU MÊME A FRÉDÉRIC D'ARAGON POUR L'ENGAGER A SE RETIRER DE LA SICILE.

Friderico nato quondam Petri olim Regis Aragonum spiritum concilii sanioris.